

SACRAMENTORUM SANCTITATIS TUTELA - TABELLAE COMPARATIVAE\* (rev. 9 December 2021)

SST/2001 <sup>1</sup>	SST/2010 <sup>2</sup>	SST/2021 <sup>3</sup>
<p>NORMAE DE GRAVIORIBUS DELICTIS</p> <p>Pars Prima</p> <p>NORMAE SUBSTANTIALES</p>	<p>NORMAE DE <i>GRAVIORIBUS</i> DELICTIS</p> <p>Pars <i>Prima</i></p> <p>NORMAE SUBSTANTIALES</p>	<p>NORMAE DE DELICTIS <b>CONGREGATIONI PRO DOCTRINA FIDEI RESERVATIS</b></p> <p>pars <b>prior</b></p> <p>NORMAE SUBSTANTIALES</p>
<p>Art. 1 § 1. Congregatio pro Doctrina Fidei, ad normam art. 52 Constitutionis Apostolicae <i>Pastor bonus</i>, cognoscit delicta graviora tum contra mores tum in sacramentorum celebratione commissa atque, ubi opus fuerit, ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ad normam iuris, sive communis sive proprii, procedit, salva competentia Paenitentiariae Apostolicae et firma manente <i>Agendi ratione in doctrinarum examine</i>.</p>	<p>Art. 1 § 1. Congregatio pro Doctrina Fidei, ad normam art. 52 Constitutionis Apostolicae <i>Pastor bonus</i>, cognoscit delicta <b>contra fidem et</b> delicta graviora, tum contra mores tum in sacramentorum celebratione commissa atque, ubi opus fuerit, ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ad normam iuris, sive communis sive proprii, procedit, salva competentia Paenitentiariae Apostolicae et firma manente <i>Agendi ratione in doctrinarum examine</i>.</p> <p><b>§ 2. In delictis de quibus in § 1 Congregationi pro Doctrina Fidei ius est, de praevio mandato Romani Pontificis, iudicandi Patres Cardinales, Patriarchas, Legatos Sedis Apostolicae, Episcopos, necnon alias personas physicas de quibus in can. 1405 § 3 Codicis Iuris Canonici et in can. 1061 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium.</b></p>	<p>Art. 1 § 1. Congregatio pro Doctrina Fidei, ad normam art. 52 Constitutionis Apostolicae <i>Pastor bonus</i>, cognoscit, <b>iuxta art. 2 § 2</b>, delicta contra fidem <b>necnon</b> delicta graviora, tum contra mores tum in sacramentorum celebratione commissa atque, ubi opus fuerit, ad canonicas sanctiones declarandas aut irrogandas ad normam iuris, sive communis sive proprii, procedit, salva competentia Paenitentiariae Apostolicae et firma manente <i>Agendi ratio in doctrinarum examine</i>.</p> <p>§ 2. In delictis, de quibus in § 1, Congregationi pro Doctrina Fidei ius est, praevio mandato Romani Pontificis, iudicandi Patres Cardinales, Patriarchas, Legatos Sedis Apostolicae, Episcopos, necnon alias personas physicas de quibus in can. 1405 § 3 Codicis Iuris Canonici (= <b>CIC</b>) et in can. 1061 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium (= <b>CCEO</b>).</p>
<p>§ 2. Delicta de quibus in § 1 Congregatio pro Doctrina Fidei cognoscit ad normam articulorum qui sequuntur.</p>	<p>§ 3. Delicta <b>reservata</b> de quibus in § 1 Congregatio pro Doctrina Fidei cognoscit ad normam articulorum qui sequuntur.</p>	<p>§ 3. Delicta <b>reservata</b>, de quibus in § 1, Congregatio pro Doctrina Fidei cognoscit ad normam articulorum qui sequuntur.</p>
	<p><b>Art. 2 § 1. Delicta contra fidem, de quibus in art. 1, sunt haeresis, apostasia atque schisma, ad normam cann. 751 et 1364 Codicis Iuris Canonici et cann. 1436 § 1 et 1437 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium.</b></p>	<p>Art. 2 § 1. Delicta contra fidem, de quibus in art. 1, sunt haeresis, apostasia atque schisma, ad normam cann. 751 et 1364 <b>CIC</b> et cann. 1436 et 1437 <b>CCEO</b>.</p>

\* Prepared by Brian T. AUSTIN, F.S.S.P., J.C.D., Ph.D. Please send corrections to [baustin@ustpaul.ca](mailto:baustin@ustpaul.ca).

<sup>1</sup> John Paul II, apostolic letter *motu proprio* promulgating norms concerning the graver delicts reserved to the CDF *Sacramentorum sanctitatis tutela*, 30 April 2001, in *AAS* 93 (2001) [hereafter *SST/2001*] 737–739, Latin original with English translation in *Ecclesiastical Sanctions and the Penal Process*, ed. William H. Woestman (Ottawa: St. Paul University, 2003), 300–309. *SST/2001* was in force from 30 April 2001 to 1 October 2010 inclusive.

<sup>2</sup> Congregation for the Doctrine of the Faith, rescript *ex Audientia* subrogating *SST/2001*, 21 May 2010, in *AAS* 102 (2010) [hereafter *SST/2010*] 419–430. *SST/2010* was in force from 2 October 2010 to 7 December 2021 inclusive.

<sup>3</sup> *idem*, rescript *ex Audientia* subrogating *SST/2010*, 11 October 2021, [https://www.vatican.va/roman\\_curia/congregations/cfaith/documents/rc\\_con\\_cfaith\\_doc\\_20211011\\_rescriptum-delittiservati-cfaith\\_la.html](https://www.vatican.va/roman_curia/congregations/cfaith/documents/rc_con_cfaith_doc_20211011_rescriptum-delittiservati-cfaith_la.html) (accessed 7 December 2021) (2021) [hereafter *SST/2021*]. *SST/2021* entered into force on 8 December 2021.

<i>SST/2001</i> <sup>1</sup>	<i>SST/2010</i> <sup>2</sup>	<i>SST/2021</i> <sup>3</sup>
	<p><b>§ 2. In casibus de quibus in § 1 Ordinarii vel Hierarchae est, ad normam iuris, <u>excommunicationem latae sententiae, si casus ferat, remittere, processum sive iudiciale in prima instantia sive per decretum extra iudicium agere, salvo iure appellandi seu recurrenti ad Congregationem pro Doctrina Fidei.</u></b></p>	<p>§ 2. In casibus de quibus in § 1 Ordinarii seu Hierarchae est, ad normam iuris, processum sive iudiciale in prima instantia sive per decretum extra iudicium agere, salvo iure appellandi seu recurrenti ad Congregationem pro Doctrina Fidei.</p> <p><b>§ 3. In casibus, de quibus in § 1, Ordinarii seu Hierarchae est, ad normam iuris, respective excommunicationem latae sententiae vel excommunicationem maiorem ad forum externum remittere.</b></p>
<p>Art. 2 §1. Delicta contra sanctitatem augustissimi Eucharistiae Sacrificii et sacramenti, Congregationi pro Doctrina Fidei cognoscendo reservata, sunt:</p> <p>1° abductio vel retentio in sacrilegum finem, aut abiectio consecratarum specierum, de quibus in can. 1367 Codicis Iuris Canonici et in can. 1442 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium;</p> <p>2° attentatio liturgicae eucharistici Sacrificii actionis, de qua in can. 1378 §2, n. 1 in Codicis Iuris Canonici, <i>vel eiusdem</i> simulatio, de qua in can. 1379 Codicis Iuris Canonici et in can. 1443 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium;</p> <p>3° vetita in can. 908 Codicis Iuris Canonici et in can. 702 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium eucharistici Sacrificii concelebratio, de qua in can. 1365 Codicis Iuris Canonici et in can. 1440 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium una cum ministris communitatum ecclesialium, qui successionem apostolicam non habent nec agnoscunt ordinationis sacerdotalis sacramentalem dignitatem.</p>	<p>Art. 3 § 1. Delicta <b>graviora</b> contra sanctitatem augustissimi Eucharistiae Sacrificii et sacramenti, Congregationi pro Doctrina Fidei cognoscendo reservata, sunt:</p> <p>1° abductio vel retentio in sacrilegum finem, aut abiectio consecratarum specierum, de quibus in can. <i>1367 Codicis Iuris Canonici</i> et in can. 1442 <i>Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium</i>;</p> <p>2° attentatio liturgicae eucharistici Sacrificii actionis, de qua in can. <i>1378 § 2 n. 1 Codicis Iuris Canonici</i>;</p> <p>3° simulatio <b>liturgicae eucharistici Sacrificii actionis</b>, de qua in can. <i>1379 Codicis Iuris Canonici</i> et in can. 1443 <i>Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium</i>;</p> <p>4° vetita in can. 908 <i>Codicis Iuris Canonici</i> et in can. 702 <i>Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium</i> eucharistici Sacrificii concelebratio, de qua in can. <i>1365 Codicis Iuris Canonici</i> et in can. 1440 <i>Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium</i>, una cum ministris communitatum ecclesialium, qui successionem apostolicam non habent nec agnoscunt ordinationis sacerdotalis sacramentalem dignitatem.</p>	<p>Art. 3 § 1. Delicta graviora contra sanctitatem augustissimi Eucharistiae Sacrificii et sacramenti, Congregationi pro Doctrina Fidei cognoscendo reservata, sunt:</p> <p>1° abductio vel retentio in sacrilegum finem aut abiectio consecratarum specierum, de quibus in can. <b>1382 § 1 CIC</b> et in can. 1442 <b>CCEO</b>;</p> <p>2° attentatio liturgicae eucharistici Sacrificii actionis, de qua in can. <b>1379 § 1, 1° CIC</b>;</p> <p>3° simulatio liturgicae eucharistici Sacrificii actionis, de qua in can. <b>1379 § 5 CIC</b> et in can. 1443 <b>CCEO</b>;</p> <p>4° vetita ad normam can. 908 <b>CIC</b> et can. 702 <b>CCEO</b> eucharistici Sacrificii concelebratio, de qua in can. <b>1381 CIC</b> et in can. 1440 <b>CCEO</b>, una cum ministris communitatum ecclesialium, qui successionem apostolicam non habent nec agnoscunt ordinationis sacerdotalis sacramentalem dignitatem.</p>
<p>§2. Congregationi pro Doctrina Fidei reservatur quoque delictum quod consistit in consecratione in sacrilegum finem <i>alterius</i> materiae <i>sine altera</i> in eucharistica celebratione, aut <i>etiam utriusque</i> extra <i>eucharisticam celebrationem</i>. Qui hoc delictum pataverit, pro gravitate criminis puniatur, non exclusa dimissione vel depositione.</p>	<p>§ 2. Congregationi pro Doctrina Fidei reservatur quoque delictum quod consistit in consecratione in sacrilegum finem <b>unius</b> materiae <b>vel</b> utriusque in eucharistica celebratione, <i>aut extra eam</i>. <i>Qui hoc delictum pataverit, pro gravitate criminis puniatur, non exclusa dimissione vel depositione.</i></p>	<p>§ 2. Congregationi pro Doctrina Fidei reservatur quoque delictum, quod consistit in consecratione in sacrilegum finem unius vel utriusque materiae in eucharistica celebratione <b>vel</b> extra eam, <b>de quo in can. 1382 § 2 CIC.</b></p>
<p>Art. 3. Delicta contra sanctitatem sacramenti Paenitentiae, Congregationi pro Doctrina Fidei cognoscendo reservata, sunt:</p>	<p>Art. 4 § 1. Delicta <b>graviora</b> contra sanctitatem sacramenti Paenitentiae, Congregationi pro Doctrina Fidei cognoscendo reservata, sunt:</p>	<p>Art. 4 § 1. Delicta graviora contra sanctitatem sacramenti Paenitentiae, Congregationi pro Doctrina Fidei iudicio reservata, sunt:</p>

<i>SST/2001</i> <sup>1</sup>	<i>SST/2010</i> <sup>2</sup>	<i>SST/2021</i> <sup>3</sup>
1° absolutio complicitis in peccato contra sextum Decalogi praeceptum, de qua in can. 1378, §1 Codicis Iuris Canonici et in can. 1457 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium;	1° absolutio complicitis in peccato contra sextum Decalogi praeceptum, de qua in can. 1378 § 1 Codicis Iuris Canonici et in can. 1457 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium;	1° absolutio complicitis in peccato contra sextum Decalogi praeceptum, de qua in can. <b>1384 CIC</b> et in can. 1457 <b>CCEO</b> ;
	2° attentatio sacramentalis absolutionis vel vetita confessionis auditio de quibus in can. 1378 § 2 n. 2 Codicis Iuris Canonici; 3° simulatio sacramentalis absolutionis de qua in can. 1379 Codicis Iuris Canonici et in can. 1443 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium;	2° attentatio sacramentalis absolutionis vel vetita confessionis auditio, de quibus in can. 1379 § 1, 2° CIC; 3° simulatio sacramentalis absolutionis, de qua in can. 1379 § 5 CIC et in can. 1443 CCEO;
2° sollicitatio in actu vel occasione vel praetextu confessionis ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum, de qua in can. 1387 Codicis Iuris Canonici et in can. 1458 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium, si ad peccandum cum ipso confessario dirigitur; 3° violatio directa et indirecta <sup>4</sup> sigilli sacramentalis, de qua in can. 1388, §1 Codicis Iuris Canonici et in can. 1456, §1 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium.  4° captio quovis tecnico instrumento facta aut evulgatio socialis communicationis instrumentis operata earum quae in sacramentali confessione a confessario vel a paenitente dicuntur. <sup>5</sup>	4° sollicitatio in actu vel occasione vel praetextu confessionis ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum, de qua in can. 1387 Codicis Iuris Canonici et in can. 1458 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium, si ad peccandum cum ipso confessario dirigitur; 5° violatio directa et indirecta sigilli sacramentalis, de qua in can. 1388 § 1 Codicis Iuris Canonici et in can. 1456 § 1 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium;  § 2. <i>Firmo praescripto § 1 n. 5, Congregationi pro Doctrina Fidei reservatur quoque delictum gravius quod consistit in captione quovis tecnico instrumento facta aut in evulgatione communicationis socialis mediis malitiose peracta rerum quae in sacramentali confessione, vera vel ficta, a confessario vel a paenitente dicuntur. Qui hoc delictum patriverit, pro gravitate criminis puniatur, non exclusa, si clericus est, dimissione vel depositione.</i>	4° sollicitatio in actu vel occasione vel praetextu confessionis ad peccatum contra sextum Decalogi praeceptum, de qua in can. <b>1385 CIC</b> et in can. 1458 <b>CCEO</b> , si ad peccandum cum ipso confessario dirigitur;  5° violatio directa et indirecta sigilli sacramentalis, de qua in can. <b>1386 § 1 CIC</b> et in can. 1456 § 1 <b>CCEO</b> ;  6° captio quovis tecnico instrumento facta vel evulgatio communicationis socialis mediis malitiose peracta rerum, quae in sacramentali confessione, vera vel simulata, <sup>6</sup> a confessario vel a paenitente dicuntur, de quibus in can. <b>1386 § 3 CIC</b> .
Art. 20 §1. In causis ob delicta, de quibus in art. 3, Tribunal nomen denuntiantis sive accusato sive etiam eius Patrono significare non potest, nisi denuntians expresse consenserit.  §2. Idem Tribunal perpendere debet peculiare momentum circa denuntiantis credibilitatem. §3. Animadvertendum tamen est ut quodvis periculum violandi sigillum sacramentale omnino vitetur.	Art. 24 § 1. In causis ob delicta, de quibus in art. 4 § 1, Tribunal nomen denuntiantis sive accusato sive etiam eius Patrono significare non potest, nisi denuntians expresse consenserit. § 2. Idem Tribunal perpendere debet peculiare momentum circa denuntiantis credibilitatem. § 3. Animadvertendum tamen est ut quodvis periculum violandi sigillum sacramentale omnino vitetur.	§ 2. In causis ob delicta, de quibus in § 1, <b>nemini licet</b> nomen denuntiantis <b>vel paenitentis</b> sive accusato sive etiam eius Patrono significare, nisi denuntians <b>vel paenitens</b> expresse consenserit; denuntiantis credibilitatem <b>attentius</b> perpendatur <b>et</b> quodvis periculum violandi sigillum sacramentale omnino vitetur, <b>cauto tamen ut ius defensionis accusati integrum maneat.</b>

<sup>4</sup> idem, rescript *ex Audientia* promulgating three derogations from *SST/2001*, 7 February 2003, 314 [hereafter rescript 7 Feb. 2003], Latin and Italian originals with English translations in *Ecclesiastical Sanctions*, ed. William H. Woestman (Ottawa: University of St. Paul, 2003), 314–316.

<sup>5</sup> *Ibid.*; cf. Congregation for the Doctrine of the Faith, decretum generale quo, ad Poenitentiae sacramentum tuendum, excommunicatio latae sententiae illi quicumque ea quae a confessario et a poenitente dicuntur vel per instrumenta technica captat vel per communicationis socialis instrumenta evulgat, infertur *Congregatio pro*, 23 September 1988, in *AAS* 80 (1988) 1367. “Firmo praescripto can. 1388, quicumque quovis tecnico instrumento ea quae in Sacramentali Confessione, vera vel ficta, a se vel ab alio peracta, a confessario vel a poenitente dicuntur, captat, aut communicationis socialis instrumentis evulgat, in excommunicationem latae sententiae incurrit.”

<sup>6</sup> Book VI retains “ficta” (c. 1386 §3).

CDF, 2007 <sup>7</sup>	SST/2010	SST/2021
	Art. 5. Congregationi pro Doctrina Fidei reservatur quoque delictum gravius attentatae sacrae ordinationis mulieris:	Art. 5. Congregationi pro Doctrina Fidei reservatur quoque delictum gravius attentatae sacrae ordinationis mulieris:
Firmo praescripto can. 1378 <i>Codici Iuris Canonici</i> , tum quicumque sacrum ordinem mulieri conferre, tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit.	1° <i>firmiter praescripto can. 1378 Codici Iuris Canonici, tum qui sacrum ordinem conferre attentaverit tum mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, in excommunicationem latae sententiae Sedi Apostolicae reservatam incurrit;</i>	1° si qui sacrum ordinem conferre vel mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit <b>christifideles fuerint CIC subiecti</b> , in excommunicationem latae sententiae <b>incurrunt, cuius remissio ad normam can. 1379 § 3 CIC</b> Sedi Apostolicae reservatur;
Si vero qui mulieri sacrum ordinem conferre vel mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, christifidelis fuerit <i>Codici Canonum Ecclesiarum Orientalium</i> subiectus, firmo praescripto can. 1443 eiusdem Codicis, excommunicatione maiore puniatur, cuius remissio etiam reservatur Sedi Apostolicae ( <i>cf. can. 1423 Codici Canonum Ecclesiarum Orientalium</i> ).	2° si vero qui mulieri sacrum ordinem conferre vel mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit, <i>christifidelis fuerit Codici Canonum Ecclesiarum Orientalium subiectus, firmiter praescripto can. 1443 eiusdem Codicis, excommunicatione maiore puniatur, cuius remissio etiam reservatur</i> Sedi Apostolicae;	2° si vero qui mulieri sacrum ordinem conferre vel mulier quae sacrum ordinem recipere attentaverit <b>christifideles fuerint CCEO subiecti</b> , excommunicatione maiore puniatur, cuius remissio Sedi Apostolicae reservatur.
	3° si vero reus sit clericus dimissione vel depositione puniri poterit.	

SST/2001	SST/2010	SST/2021
Art. 4 § 1. <b>Reservatio Congregationi pro Doctrina Fidei extenditur quoque ad delictum contra sextum</b>	Art. 6 § I. <b>Delicta graviora contra mores</b> , Congregationi pro Doctrina Fidei <b>cognoscendo reservata, sunt:</b>	Art. 6. Delicta graviora contra mores, Congregationi pro Doctrina Fidei iudicio reservata, sunt:
Decalogi praeceptum cum minore infra aetatem duodeviginti annorum a clerico commissum.	1° delictum contra sextum Decalogi praeceptum cum minore infra aetatem duodeviginti annorum a clerico commissum; <b>in hoc numero minori aequiparatur persona quae imperfecto rationis usu habitu pollet;</b>	1° delictum contra sextum Decalogi praeceptum cum minore infra aetatem duodeviginti annorum a clerico commissum <b>vel cum eo, qui</b> habitualiter rationis usum imperfectum habet; <b>ignorantia vel error ex parte clerici circa aetatem minoris non constituit circumstantia gravitatem delicti deminuens vel eximens;</b>

SST/2010	3 December 2019 <sup>8</sup>	SST/2021
Art. 6 § 1, 2° <b>comparatio vel detentio vel divulgatio imaginum pornographicarum minorum infra aetatem quattuordecim annorum quovis modo et quolibet instrumento a clerico turpe patrata.</b>	2° comparatio vel detentio vel divulgatio, <b>libidinis causa</b> , imaginum pornographicarum minorum infra aetatem <b>duodeviginti</b> annorum quovis modo et quolibet instrumento a clerico patrata.	2° comparatio, detentio, <b>exhibitio</b> vel divulgatio, libidinis <b>vel lucri</b> causa, imaginum pornographicarum minorum infra aetatem duodeviginti annorum quovis modo et quolibet instrumento a clerico patrata. <sup>9</sup>

<sup>7</sup> Congregation for the Doctrine of the Faith, decretum generale de delicto attentatae sacrae ordinationis mulieris *Congregatio pro Doctrina Fidei*, 19 December 2007, in *AAS* 100 (2008) 403.

<sup>8</sup> idem, rescript *ex Audientia* derogating from SST/2010, 3 December 2019, [https://www.vatican.va/roman\\_curia/secretariat\\_state/2019/documents/rc-seg-st-20191203\\_rescriptum\\_it.html](https://www.vatican.va/roman_curia/secretariat_state/2019/documents/rc-seg-st-20191203_rescriptum_it.html) (accessed 17 March 2020), in *Communicationes* 51 (2019) [hereafter rescript 3 December 2019] 364–365. Unofficial Latin translation of Italian original.

<sup>9</sup> Cf. c. 1398 § 1, 3°. “qui contra bonos mores sibi comparat, detinet, exhibet vel divulgat, quovis modo et quolibet instrumento, imagines pornographicas minorum vel personarum quae habitualiter usum imperfectum rationis habent.”

SST/2001	SST/2010	SST/2021
Art. 4 § 2. Qui delictum de quo in §1 pataverit, pro gravitate criminis puniatur, non exclusa dimissione vel depositione.	Art. 6 § 2. <i>Clericus qui delicta de quibus in § 1 pataverit, pro gravitate criminis puniatur, non exclusa dimissione vel depositione.</i>	
		Art. 7. <b>Qui delicta, de quibus in artt. 2-6, pataverit, praeter quae pro singulis delictis in CIC et in CCEO, necnon in his Normis praevidentur, iusta poena, si casus fert, puniatur pro gravitate criminis; si de clerico agitur, etiam dimissione vel depositione a statu clericali puniri potest.</b>
Art. 5 § 1. Actio criminalis de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis praescriptione extinguitur <i>decennio</i> . <sup>10</sup>	Art. 7 § 1. <u>Salvo iure Congregationis pro Doctrina Fidei a praescriptione derogandi pro singulis casibus</u> , actio criminalis de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis praescriptione extinguitur <b>spatio viginti annorum</b> .	Art. 8 § 1. Actio criminalis de delictis Congregationi pro Doctrina Fidei reservatis praescriptione extinguitur <b>intra viginti annos</b> .
§ 2. Praescriptio decurrit ad normam can. 1362, §2 Codicis Iuris Canonici et can. 1152, § 3 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium. In delicto autem, de quo in art. 4, § 1, praescriptio decurrere incipit a die quo minor duodevicesimum aetatis annum explevit.	§ 2. Praescriptio decurrit ad normam can. 1362 § 2 <i>Codicis Iuris Canonici</i> et can. 1152 § 3 <i>Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium</i> . In delicto <i>autem</i> , de quo in art. 6 § 1 n. 1, praescriptio <i>decurrere incipit</i> a die quo minor duodevicesimum aetatis annum explevit.	§ 2. Praescriptio decurrit ad normam can. 1362 § 2 <b>CIC</b> et can. 1152 § 3 <b>CCEO</b> . In delicto <b>tamem</b> [sic], de quo in art. 6 § 1 n. 1, praescriptio <b>decurrit</b> a die, quo minor duodevicesimum aetatis annum explevit.  § 3. <b>Congregatio pro Doctrina Fidei ius habet praescriptioni derogandi pro omnibus et singulis casibus delictorum reservatorum, etiam si ad delicta pertineant antequam hae Normae vim obtinuerunt patrata.</b>
Pars Altera  NORMAE PROCESSUALES  TITULUS I  De Tribunalis constitutione et competentia	Pars Altera  NORMAE PROCESSUALES  TITULUS I  De Tribunalis <i>constitutione et</i> competentia	pars altera  NORMAE PROCESSUALES  TITULUS I  De Tribunalis <i>competentia</i>
Art. 6 § 1. Congregatio pro Doctrina Fidei est Supremum Tribunal Apostolicum pro Ecclesia Latina necnon pro Ecclesiis Orientalibus Catholicis ad cognoscenda delicta articulis praecedentibus definita.  § 2. Hoc Supremum Tribunal cognoscit etiam alia delicta, de quibus reus a Promotore Iustitiae accusatur ratione connexionis personae et complicitatis.	Art. 8 § 1. Congregatio pro Doctrina Fidei est Supremum Tribunal Apostolicum pro Ecclesia Latina necnon pro Ecclesiis Orientalibus Catholicis ad cognoscenda delicta articulis praecedentibus definita.  § 2. Hoc Supremum Tribunal cognoscit etiam alia delicta, de quibus reus <i>a Promotore Iustitiae</i> accusatur ratione <i>connexionis personae et complicitatis</i> .	Art. 9 § 1. Congregatio pro Doctrina Fidei est Supremum Tribunal Apostolicum pro Ecclesia Latina necnon pro Ecclesiis Orientalibus Catholicis ad cognoscenda delicta articulis praecedentibus definita.  § 2. Hoc Supremum Tribunal, <b>tantum una cum delictis ipsi reservatis</b> , cognoscit etiam alia delicta, de quibus reus accusatur ratione <b>nexus personae et sceleris participationis</b> .

<sup>10</sup> Cf. Congregation for the Doctrine of the Faith, rescript *ex Audientia* authorizing the CDF to derogate from the terms of prescription, 7 November 2002 [hereafter Rescript/2002], in *Ecclesiastical Sanctions and the Penal Process*, ed. William H. Woestman (Ottawa: Saint Paul University, 2003), 314.

SST/2001	SST/2010	SST/2021
Art. 17. Delicta graviora Congregationi pro Doctrina Fidei reservata, <i>nonnisi</i> in processu iudiciali persequenda sunt. <sup>11</sup>	Art. 21 § 1. Delicta <i>graviora Congregationi pro Doctrina Fidei</i> reservata, in processu iudiciali persequenda sunt.	§ 3. Delicta <b>huic Supremo Tribunali</b> reservata in processu iudiciali <b>vel ex decreto extraiudiciali</b> sunt persequenda.
Art. 18. Praefectus Turnum trium vel quinque iudicum ad causam cognoscendam constituat.	Art. 22. Praefectus Turnum trium vel quinque iudicum ad causam cognoscendam constituat.	
Art. 6 § 3. Sententiae huius Supremi Tribunalis, latae intra limites propriae competentiae, Summi Pontificis approbationi non subiciuntur.	Art. 8 § 3. <i>Sententiae</i> huius Supremi Tribunalis, latae intra limites propriae competentiae, Summi Pontificis approbationi non subiciuntur.	§ 4. <b>Pronuntiationes</b> huius Supremi Tribunalis, latae intra limites propriae competentiae, Summi Pontificis approbationi non subiciuntur.
Art. 13. Quoties Ordinarius vel Hierarcha notitiam saltem verisimilem habeat de delicto <i>reservato</i> , investigatione praevia peracta, eam significet Congregationi pro Doctrina Fidei quae, nisi ob peculiaria rerum adiuncta causam sibi advocet, Ordinarium vel Hierarcham ad ulteriora procedere iubet, firmo tamen iure appellandi contra sententiam primi gradus tantummodo ad Supremum Tribunal eiusdem Congregationis.	Art. 16. Quoties Ordinarius vel Hierarcha notitiam saltem verisimilem habeat de delicto <b>graviore</b> , investigatione praevia peracta, eam significet Congregationi pro Doctrina Fidei quae, nisi ob peculiaria rerum adiuncta causam sibi advocet, Ordinarium vel Hierarcham ad ulteriora procedere iubet, <i>firmo tamen, si casus ferat, iure appellandi contra sententiam primi gradus tantummodo ad Supremum Tribunal eiusdem Congregationis.</i>	Art. 10 § 1. Quoties Ordinarius seu Hierarcha notitiam saltem verisimilem habeat de delicto graviore, investigatione praevia <b>ad normam can. 1717 CIC et can. 1468 CCEO</b> peracta, eam significet Congregationi pro Doctrina Fidei, quae, nisi ob peculiaria rerum adiuncta causam sibi advocet, Ordinarium seu Hierarcham ad ulteriora procedere iubet.
Art. 15. Firmo iure Ordinarii imponendi quae in can. 1722 Codicis Iuris Canonici vel in can. 1473 Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium statuuntur, etiam Praeses Tribunalis pro Turno, ad instantiam Promotoris Iustitiae, eandem habet potestatem sub iisdem condicionibus in ipsis canonibus determinatis.	Art. 19. <i>Firmo iure</i> Ordinarii <b>vel Hierarchae, ab investigatione praevia inchoata</b> , imponendi quae in can. 1722 <i>Codicis Iuris Canonici</i> vel in can. 1473 <i>Codicis Canonum Ecclesiarum Orientalium</i> statuuntur, <u>etiam Praeses Tribunalis pro Turno, ad instantiam Promotoris Iustitiae, eandem habet potestatem sub iisdem condicionibus in ipsis canonibus determinatis.</u> [cf. art. 15]	§ 2. Ordinarii <b>seu Hierarchae est, inde ab initio</b> investigationis praeviae, imponendi quae in can. 1722 <b>CIC</b> vel in can. 1473 <b>CCEO</b> statuuntur.
